

Johann Bacmeister

**Programma Quo Ad Exequias Funebres, Quas Viro ... Dn. Joanni Eibe Lürsen/
Civi ac Aromatorio huius Urbis Primario ... Marito ac Patri dilectissimo, Vidua &
Liberi Moestissimi paratas cupiunt, Omnes omnium Ordinum Cives Academici
invitantur : [P.P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus, XXVIII. Iulii, Anno cl Ic LXXI.]**

Rostochii: Kilius, [1671]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770348599>

Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.,

in

J. EibeLürs.

Rost. 1671.

13



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770348599/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770348599/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770348599/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770348599/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA,

Quo
Ad Exequias Funebres,

VIRO Spectatissimo & Integerrimo
Quas

DN. JOANNI

Lise Lürsen/

Civi ac Aromatorio hujus Vrbis

Primario, Collegiiq; Institutorum Seniori,

Marito ac Patri dilectissimo,

qua O Liberi mestissimi paratas cupiunt,

annum Ordinum CIVES ACA-

DEMICI invitantur.

Propositum

RECTORE

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

JOANNE BAC- MEISTERO, D.

Med. & sup. Math. Prof. P.



ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

6



Mnium humanarum cupiditatum nullum, meo equidem judicio, certius ac præstantius remedium est, quam jugis & perennis incertitudinis ac fugacitatis Vitæ humanæ & omnium rerum mundanarum ac sublunarium meditatio & consideratio. Cui meditationi si ita Mortales, uti parerat, sese impenderent, & accuratius Vitæ ac fortis rerum mortalium rationem & calculum subducerent: non ita tumultuaretur in Mundo Humanum genus: non aliis ambitionis vento se inflaret; non alias opum mundanarum terrâ sese obrueret, neque terræ glebam, in quam & ipsi post pauculos annos corporibus suis transmutabuntur, ferro ac flammis inter se dividerent, non de superbiæ pugillo, de panis bucellâ, aut si quid minus, hic inter se decertarent Homines, neque bella gererent etiam civilia. Aspice omnes, considera singulos, non illos solum, quos vitæ humanæ opulentia ac luxuria molles ac delicatos haber, verum illos etiam, qui miseram & ærumnabilem vitam vix aquâ, pane ac sale tolerant: elapsis non dicam centum sed vel quinquaginta, sexaginta aut paulo amplius annis, verè demum in omnes competit illud, quod Græci, quamvis paulo alio sensu, dicebant: Ήάρτη μία κόνις h. e. Omnia unus Pulpis. Nimis sola Mors ostendit, ingentes & vastos illos homines, quorum adhuc viventium ambitioni ac cupiditati vix totius Mundi opes & honores sufficere videbantur, paulò post per Mortem

Mortem in pulverem & cinerem resolutos, vix pugillam im-
plere. Sic est, omnis dies, omnis hora, omne momentum
temporis, quam nihil simus, ostendit nobis, nihilque in Ter-
ris inter Mortales esse stabile, firmum ac diuturnum. Cujus
rei quotidiana documenta & exempla alii ab aliis capimus, alii
aliis vicissim damus, ut discamus Mundum ac Mundana omnia
contemnere, & ad illum solum contendere, qui semper manet,
cujus auni non mutantur, & qui se diligentibus alias habitatio-
nes, alias mansiones præparavit, quarum perpetui possessores
erunt, à quibus nunquam potentioris vicini improbitate de-
turbabuntur. Æquum autem est, ut ad hasce habitationes ten-
dentes, eandem cum Magistro & Duce nostro semitam calce-
mus, & ut ille per passionem & mortem in gloriam suam in-
gressus est, ita & nos per miseriarum & calamitatum humana-
rum senticeta & invia tesqua, perque mortis callem, quem
ipse nobis complanatum reddidit, ad beatitudinis sempiternæ
portum & gloriam cœlestem transeamus. Ita namque promi-
xit fidelissimus spousor, cuius vocem in violatam immutabilem
que servabit æternitas, ubi ipse esset, suos quoq; fore, & se
triumphatâ morte, victisq; hostibus ad paternum regnum
occupandū ascendere, ut nos istuc quoq; transferret, & penates
nobis præpararet nunquam evertendos. Ad hanc Patriam,
ad hos æternitatis dies, in hanc vitalem, beatam, securam,
tranquillam, pulchram, mundam, castam, sanctam, mortis
ignaram, tristitia nesciam, totius elegantiae & dignitatis ple-
nissimam Vitam, ad quam Vitæ hujus misera, caducæ, incerta,
laboriosæ, immundæ, malorum dominæ, reginæ superborum,
quæque non vita sed mors dicenda est, exitus viam sternit & fo-
res reserat, & ad quam omnes, qui per fidem in filios DEI ad-
optati sumus, nos per venturos confidimus, properavit & ad
eius beatitudinis exordium ascendit Vir Spectatissimus atque
Integerrimus Dn. JOHANN Eise Lüsen/Civis ac Aromatarius
apud

apud nos Primarius, cuius Animæ ascensum ad cœlicam felicitatem, Corporis descensum ad terræ Viscera, hodie memoramus : qui effactio corporis ergastulo, DEO & sibi redditus & in libertatem vindicatus, æternarum delitarum compos fieri coepit, percipiens jam

Gaudia qualia quantaq; hoc in Orbe,

Non Oculi globulus serenioris,

Non sinus auricula capacioris,

Non animi bonitas sagacioris,

Hausit & imbibit, aut recepit unquam.

Ut autem Generis ejus explicandi primordia ab ipsis Natalibus ducamus, compertimus ipsum in Archiepiscopatus olim nunc Ducatus Bremensis tractu ad litus Maris Germanici & Visurgis ostia pertingente, vulgo das Land zu Würsten dicto, Anno M. D. X. honestis & vita probatissimæ Parentibus in lucem editum esse, Patre Viro modesto ac probo Elbe Eibe Lürsen / Matre verò Foeminâ castissimâ Teta Krusen / qui in Prædiolo suo libero, uti istius loci fert consuetudo, in statione sua honestissimâ innocenter transegerunt vitam, Filiumq; huncce suum, postquam per sacrum fontem Ecclesię Christi insertus esset, ab ineunte ætate pie ac modestè educarunt. Cumq; jam Parentibus suis charissimis in ipsa adolescentia orbatus esset, Frater ipsius natu maximus ad opulentissimum illud Germaniae Emporium Hambur-gum ipsum ablegavit, ibidemque Confectarii alicujus fidei ac industriae concredidit, apud quem cum, præterlapso, ab accessu ipsius, jam triennio, ob familiæ in Hollandiam translocationē nō diutius subsistere posset, hanc nostram Civitatem felici satis omne Anno M. D. C. XXXI. ingressus est: operamque suam Viro Prudentissimo ac Spectatissimo Dn. DAVID Buecken / Civi & Aromatario hujus loci quondam primario, per integrum novennium non locavit tantum, sed etiam probavit: nihil quam prætermittens eorum, quæ fidum & solerter Institoris

mini-

ministrum in mercibus tam comparandis quam conservandis & distrahendis facere et quum est. Hinc quoque factum, quod & Domino suo adhuc superstiti semper charus extiterit, & defuncto illo Vidua ac Liberi, memores ministeriorum per tot annos summam cum fide praestitorum, cum totum Mariti ac Parentis Aromatopolium cum omnibus mercibus hinc inde comportatis, tum ipsam etiam Domum egregie constructam libenti animo huic nostro concederint. Haec omnia cum singulari Dei providentia obtinuisse, & Collegio Institutorum Rostochiensium se legitimè adoptasset, jamque annum etatis trigesimum primum ageret, pertasus Vitæ coelibus, rerum ac fortunarum suarum sedem in hac Urbe collocare, & animum ad rem Uxoriam, suadentibus amicis, adjicere decrevit, memor Hesiodi moniti, ne scilicet aliquis antefaciem lexi deligat, quam agro, domo, aratro adeoque necessariis ad Oeconomiam recte administrandam instructus esset, quod tamen moderni nostri juvenes vix attendunt. Anno itaque M.DC.XLI. Mense Februario Matrimonio sibi junxit Virginem pudicissimam ELISABETAM, Viri Integerrimi PETRI Höpners. Civis quondam & Coriariorum Rostochiensium Senioris filiam charissimam. Fuit inter hos Matrimonio copulatos Annos XXX, Menses IV. & septimanas tres & concors & tranquillum conjugium; quodque Titus Pomponius Atticus apud Cornelium Nepotem de se olim gloriatus est, nunquam cum conjugi in gratiam se rediisse, quia scilicet nunquam inter eos offensæ quidquid intercesserat: Idem hi mariati de se praedicare potuerunt, quibus idem fuit velle, idem nolle. Romæ olim Vir & Uxor dissidentes in Templum Deæ Viri place concedere, & ibidem et quis animis in gratiam redire solebant. Non id in hoc Conjugio, in quo animi convivendum amicè conspirarunt, necesse fuit. Nec solum jucundum, sed & fœcundum habuerunt conjugium. Quippe quinque Filiorum & quatuor Filiarum Parentes redditifunt; ex quibus

JOAN-

JOANNES, PETRUS. I. JACOBUS & HENRICUS cum Filia
natu minima ELISABETA, partim in tenellula, partim in ipso
ætatis flore ad plures & meliores abidere: Supervivunt per DEI
gratiam adhuc ex Filiis unicus & quidem PETRUS II. qui
sub initium Veris hujus anni à Dn. Parente suocharissimo nunc
eheu! desideratissimo ad universi Regni Suecici Caput, Regumq;
Iedem & Emporium celeberrimum STOCKHOLMIAM, mer-
caturam tum addiscendi, tum exercendi gratia, ablegatus atq;
missus est, quem ut familiae bono & matri solatio longè inco-
lumen servet, ex animi sententia DEUM precamur. Ex Filiabus
verò tres Ilsebe Margretha/ANNA & TETA, quorum natu
maxima Anno M. DC. LX. die XXII, Febr. Viro spectatissimo ac
Integerrimo DN. HENRICO Beyen/ Civi & Institori apud nos
haud postremo, non solum elocata fuit, sed & eousq; Progeniem
dilatavit, ut nepotem unum & quinque neptes ex ea numera-
re parare, ita noster vivus potuerit, quæ etiamnum omnes su-
persunt & cum Parentibus dilectissimis, Avia, Avunculo atque
Materteris Virginibus lectissimis Avi, Mariti, Patris, & Soceri o-
bitum acerbe lugent, quos omnes ut diu salvos ac superstites
conservet Viduarum ac Orphanorum pater atq; defensor. Per
totū Vitæ curriculum Pietatis & integratatis amans Verbū DEI
singulari cum attentione & piâ devotione, adjuncto frequenti
sacræ Cœnæ usu, audivit & legit; in Vocationis sue munis sedu-
lus fuit & assiduus; in communivitâ & conuersatione Politicâ
integritatē, liberalitatē, candore, emq; suum omnib⁹ cordatis & e-
genis probavit, unde & singularem DEI benedictionem sensit, ut
Civis laudatissimus, Aromatarius locuples, Centumvir Urbis
hujus eximius, Quæstor ætarii publici fidelissimus, ædis S.S. Sa-
cræ & ejusdē Xenodochii s. Ptochotrophei præfector probatissi-
mus apud nos audierit, nec non ita pridem Collegii Institorum
Senior ab Amplissimo hujus Urbis Senatu declaratus sit. Nec
tamē fortunæ insolentia intumuit, sed potius ejusdem fragili-
tatem

tatem & mutabilitatem prudenter dispexit. Erga pauperes
quam liberalis semper fuerit, vel tota Civitatis novit. Atq; ita
ille Personam suam in hujus Mundi scenâ egit. Quare quoq; o-
ptandū fuisset, ut ipsi vitæ ac Valetudinis usura contigisset diu-
tior firmiorq;. Utinā Morbus, qui ipsum ante trimestre ferè spa-
tiū invasit, vel curam aliqualem admittere, vel totalem abla-
tionē voluisse! Quamvis enim nihil eorūm, quæ ad abigendum
morbū, valetudinemque pristinam restituendam facere pos-
sent, ab eo statim tempore, quo accersitus ipse sum, fuerit in-
termissum; Pleuritis etiam illa notha, quâ cum per aliquot se-
ptimanias, citra tamen mortis apprens periculū, conflictatus,
subinde remitteret: Tamen varia Symptomata, utpote Anore-
xia, tussis, Vigiliæ, dolores hypochondriorum indies usque-
adeo invaluerunt, ut malum hocce in Peripneumoniam no-
tham degeneraret, quæ comitem habebat Febrim continuam
cum leni delirio conjunctā, respirationisq; difficultate intole-
rabilis. Hinc quoq; factum, quod, prostratis penitus viribus XXIII.
hujus Mensis die circa horam primam pomeridianam præsente
ipsius Confessionario, Viro Admodum Reverendo, Amplissimo
ac Excellentissimo DN. HENRICO MULLERO, S. S. Theol. D.
& Prof. famigeratissimo, ac Pastore ad D. Mariæ gravissimo,
Collega ac Amico nostro conjunctissimo, interpias amico-
rum Virorum pariter & Matronarum adstantium consolatio-
nes piè & placidè animam creatori suo ovans reddiderit, cum
Annos LXI. complevisset. Quid nos? dolebimus Optimi hu-
jus Viri vicem & omnium nostrum communem? an illi potius
gratulabimur, nos vero discessu ejus consolabimur, & ad simi-
lem instruemus? Habebat ille quidem abundè, quod ad vitam
copiosè ac splendide degendam requiritur; Verum tamen in
illis non sunt omnia: & quanto satis fuit ea relinquere magno
animo, quam curioso possidere, & variis modis insidiarum ac
periculorum ubique obviorum torqueri? Quin potius navar-
chum.

chum ille, & recte, imitatus est, qui, ut in tempestate tanto securius naviget,
ac facilius in portum perveniat, mercium jacturam facere mavult, quam
in Mari magno periculose jactari: Sic ille, ut ab ipsis animam onerantibus
rebus liberaret, largitus est aliis, quicquid ab ingressu vita coelestis eum re-
morari posset, & aliis tollendum reliquit, se liberum ab onere & expeditum
in hoc itinere esse voluit, atque ita in extremo vita actu fecit, quod in prior-
ibus meditatus fuerat, memoriam sui nobis omnibus relinquens. Mallent
quidem quibus haec relista sunt, omnibus carere, & Vidua Marito, Liberi
Parente, Gener Socero, Nepos Neptesque Avo, Fratres Fratre, Affines Affi-
ne superstite ac valente frui ac gaudere: Sed quid facient? DEUS est qui pro-
videntia sua nos volentes ducit, nolentes trahit: qui pro sua immensa sapientia
quid nobis conducat, optime dispicit, pro amore dispecta & preparata
accommodat, & cum tempus est, ex turbido in tranquillum, ex periculo
in tutum, ex tempestate in portum, ut Brachmanes Philosophantur, in vi-
tam dedit. Nostrum erit, omnibus, ad quos ex hoc casu dolor ac tristitia
pervenit, ex animo precari, ut Spiritum fortitudinis, patientiae, consolatio-
nis iis largiatur, lacrimas abstergat, luctuam reddat, constantiam conciliet,
qua generose hanc adversantis fortunae plagam excipere, dolorem
ex ea conceptum concequere & Christiana fide dignam animi presentiam
præ se ferre possint. nostrum itidem erit, cum Corpus exanimè Terræ omnium
mortaliū matri, communī omnium portui hodiè reddendum sit, condon-
tentiam nostram præcipuo quodam gratitudinis officio declarare, & exequi-
ale sacrum lubentes exsolvere. In quo ipso affectu cum Academiæ nostra Ci-
ties omnes mecum conspirare confidam, ideo eosdem rogo moneoque, ut
quod sibi post mortem dependi expetunt, id proximo prius prætent, & ad
cohonestationem funereæ deductionis hodie horâ Prima in Templo Ma-
riano frequentes compareant, caducitatis memoriam recolant, seque
ad beatam ex hac Metrocomia in æviterna metoecia
migrationem præparent:

P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus, die XXVIII. Julii,
Anno dñi LXXI.

Conventus fiet in Templo D. Mariæ sacro horâ prima.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770348599/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770348599/phys_0013)

DFG

GK



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770348599/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770348599/phys_0014)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn770348599/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770348599/phys_0015)

DFG



tatem & mutabilitatem prudenter dispexit.
quam liberalis semper fuerit, vel tota Civitatis
ille Personam suam in hujus Mundi scenâ egit.
ptandū fuisset, ut ipsi vitæ ac Valetudinis usura
tior firmiorq; Utinā Morbus, qui ipsum ante tri
tium invasit, vel curam aliqualem admittere, v
tionē voluisse! Quamvis enim nihil eorū, qua
morbum, valetudinemque pristinam restituen
sent, ab eo statim tempore, quo accersitus ipse
termisum; Pleuritis etiam illa notha, quâ cun
ptimanas, citra tamen mortis apprens periculi
subinde remitteret: Tamen varia Symptomata
xia, tussis, Vigiliæ, dolores hypochondriorum
adeo invaluerunt, ut malum hocce in Peripu
tham degeneraret, quæ comitem habebat Feb
cum leni delirio conjunctâ, respirationisq; diffi
cibili. Hinc quoq; factum, quod, prostratis penitu
hujus Mensis die circa horam primam pomerid
ipsius Confessionario, Viro Admodum Reveren
ac Excellentissimo DN. HENRICO MULLERCO
& Prof. famigeratissimo, ac Pastore ad D. Ma
Collega ac Amico nostro conjunctissimo, in
rum Virorum pariter & Matronarum adstanti
nes piè & placide animam creatori suo ovans
Annos LXI. complevisset. Quid nos? dolebit
jus Viri vicem & omnia nostrum commune
gratulabimur, nos vero discessu ejus consolab
lem instruemus? Habebat ille quidem abundè,
copiosè ac splendidè degendam requiritur; V
illis non sunt omnia: & quanto satius fuit ea re
animo, quam curioso possidere, & variis mod
periculorum ubique obviorum torqueri? Qui



Scan Reference Chart T263 Serial No. 011
Patch Engineering